

## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Sermo beati Petri Damiani de eodem S. Martino.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

NOVEMBER.

284

Cap. 29.

O beatum virum, in cuius transitu sanctorū canit numerus, Angelorum exultat chorus, omniumque cælestium virtutum occurrit exercitus: diabolus præsumptio ne confunditur: Ecclesia virtute roboratur: sacerdotes reuelatione glorificantur. Quem Michaël assumpsit cum Angelis, Maria suscepit cum virginum chorus, paradi sus retinet lætum cum sanctis. Sed quid nos in laudem eius tentamus, quod non sufficiimus adimplere? Ipse est enim laus illius, cuius laus ab eius ore nunquam recessit. Nam nos vtinam vel simplicem possimus historiam explicare. Igitur si quis requirat, cur post transiit Gratianus Episcopi vnus tantum, id est, Lidorius vsque ad sanctum Martinum fuisse, nō erit quod, obſistentibus paginis, diu civitas Turonica sine benedictione sacerdotali fuit. Nam Christiani, qui eo tempore videbantur, occulsi per latebras diuinum officium celebrabant. Nam si qui à paginis reperti fuissent Christiani, aut afficiebantur verberibus, aut gladio truncabantur. A passione ergo Domini usque ad transitum sancti Martini, anni quadragesima duo decim computantur. Hucusque nos omnia de sancto Martino ex Tomis Aloysij accepimus, que etiā in antiquis manuscriptis exemplaribus habentur.

Obiit anno  
à passione  
Domini.  
412.

S

BEATI PETRI DAMIANI SERMO, DE  
EODEM SANCTO MARTINO EPISCOPO  
Turonensi: ut habetur octavo Tomo  
Aloysij.

Solēnis dies  
S. Martini  
Episcopi.

Nō impro  
bar beatus  
auth<sup>r</sup> lati  
tudinē pos  
ſſionum,  
quas habet  
Eccleſia, vt  
faciunt no  
ſtri tēpōis  
hēretici.

Sub tribus  
verbis Euā  
gelicis totū  
humanæ p  
fectionis  
ſumma re  
cluditur.  
Ecclēs. 2.

Pſal. 24.  
2. Par. 36.



Obilis ille confessor, Sacerdotum gloria, gemma Pontificum, clericorum forma, lumen Monachorum, solēnem diem vniuersitatis nostra præfixit. Hic est Martinus miraculorum potestate sublimis, qui terrarum orbem lumine ſuā cognitionis impleuit. Aegyptus religionis mater, & eremitarum fecundissima nutrix, Martinum tantis filijs posuit in exemplum. Creuit in immensum fama nominis eius, & ausa est in ipsam Apostolicam irrumperē dignitate, quorum manus tractauerūt de Verbo vita, qui Flum hominis inter filios hominum felici vocis officio diuulgārunt. In omnem terram peragata est memoria tanti Pontificis, & vbi cunquè resonat fides Christi, sonat vita Martini. Glorificatur Imperator in milite, laudatur miles in Imperatore. Testatur hoc Turonensis Ecclesia theſaurum corporis eius continens, quæ poffeffiones suas extendit à mari usque ad mare, quam fecundauerunt Reges, & ornauerunt Principes, cui Romani Pontifices summa libertatis fastigia prouiderunt. Accedit etiam ad gloriam Confessoris, qui in ipſius honore nonnulla ſedīum Episcopaliū fundamenta locata sunt, quod (nisi fallor) de alio non legitur Confessore. Scintillat longe lateque fulgor claritatis illius, & de remortis mundi partibus ad præsentiam sancti corporis festinatur. Clemētia diuinitatis & Regibus & regno nostro prouidit misericorditer, ubi tantum lumen ad remedium peccatorum in ſeculum collocavit. Actus eius & vita severus insignis orator ita ſuo nobilitauit eloquio, vt & historiam relatione plena veritate proponeret, & rhetorice legibus multipliciter insigniret. Et nunc arida velieuna lingua noſtra quid audeat de laudibus eius immurmurare, cuius laudis plena

eft terra?

Nē tamen in tantis gaudijs cuiusque sermonis videamur immunes, recurrendum eft ad Euangelicam lectionem, in qua ſub triū breuitate verborum Sapientia Domini Patris totius humanae perfectionis ſumma inclusit. ait enim: Vide, vigilate, & orate. Ille, qui videt omnia, hortatur nos, vt corporalibus oculis postpositis, mentis lumine videamus, oculis illis, de quibus per Salomonem dicitur: Oculi sapienti in capite eius. Præcipit ergo, vt ſoli ſoliditudinem nostri cordis ingrediamur, & revoluimus veterum ſarcinas peccatorum, quibus polluti ſumus, & obuoluti. Primum ergo videamus apud nos peccatorum abundantiam. Propter nomen tuum, Domine propitiaberis peccato meo, multū eft enim: ait vnicus ille conſecrarius Regis eterni Peccauimus ſuper numerum arenae maris, & multipliata ſunt peccata noſtra. Ta innumerabilia numerare contendis, & in ſumma ponere, quod ſumma exuperat. Ecce grandis aceruuſ, impetuofus torrens, nec potest diſciuti tanta miferia, quoniam iniqui-

iniquitates nostræ supergressæ sunt caput nostrum. Ambulauimus collo extento, oculi nostri pleni sunt vanitate, aures detractione. Odoramus non odorem vnguentorum, in quo sponsa se currere gloriatur: sed odorem mortis in mortem, quorum os maledictione & amaritudine plenum esse describitur. Manus nostra plena<sup>Psal.13.</sup> sunt sanguine, pedes veloces ad sanguinem effundendum, contritio & infelicitas in vijs nostris, & via pacis abiecta, non est timor Dei ante oculos nostros. Quid igitur faciendum, in quo sperandum, quóde configiendum? Standum est in hoc aceruo, non nouarum, sed veterum frugum, & videnda visio timescenda, ut statuamus nos ante oculos nostros, nè Iudex quandoquè arguat nos, & statuat nos ante faciem nostram. In hac visione Dei videtur à nobis ventus turbinis, quia secundum virum iustum, hincinuoluta sunt semita gressuum eorum. Nè putes autem hanc visionē in-<sup>Iob 6.</sup> ter parva connumerandam, cùm hæc perducat ad visionē Cherubin, & animalium penitentiarum, & ad ipsius Dominantis introducat adspectum.

Vifa igitur abundantia peccatorum nostrorum, videamus secundò negligentiam nostram. Traximus peccata nostra sicut restem longam, & sanguis sanguinem tetigit, & dissimulauimus, vulnus, & liuor, & plaga tumens, & non adspeximus. Zelus Dei re-<sup>Esa.1.</sup> cessit a nobis, & nos contempsumus. Sic peccator multitudini negligentiam cu- mulantes, obstruximus nobis iter confessionis, semitas iustitiae eruitauiimus, non solum negligentes, sed & de negligentia gloriantes, iuxta illud viri sapientissimi: Qui cùm prou.2. male fecerint, lætantur, & exultant in rebus pessimis. Vis scire, quia de peccatorum abundantia, negligētia pessima filia generatur? Peccator cùm venerit in profundum prou.18. malorum, contemnit. E contrario autem, qui Deum timet, nihil neglit, quia Qui contempsit, peccatorū mortem in-<sup>terminat</sup> terminat mortem. Peccatorum multitudine negligentiam, negligentia peccatorū modica spernit, paulatim decidet. Peccatorum multitudine negligentiam, negligentia peccatorū contemptum, contemptus mortem interminat sempiternam.

Vide & tertio patientiam & longanimitatem Dei nostri. Hæc fecisti, & tacuit. Omnia videt, & omnia audit, nihilq; remotum ab oculis eius, de quo dicitur: Oculi prou.15. Dominii omni loco contemplantur bonos & malos. Oculos hominum timuisti, oculos autem Altissimi non expauisti? Ecce ipse cognovit omnia nouissima, & anti-<sup>Psal.74.</sup> qua: neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à deserris montibus locus est fugiendi, quoniam Deus Iudex est. Vedit opera tua, recursus & excursus flagitiorum tuorum, & continuit iram suam. Cælum non fulminauit, aqua non submersit, non dissimulat absforbit tellus: & cum omnis terra plena sit gloria Domini, in gloria eius tuam mi-<sup>peccata ho-</sup> seriam euomuisti, nec revereris es præsentem Dominum, & coram tanta munditia tuas immunditias exercere. Ipse autem quid? Ego, inquit, quasi non videns. Nun-<sup>minū Deus</sup> quid alicui ministrorum suorum, qui vindices sunt iræ eius, in hoc ipsum constituti, reuelavit ignominiam tuam? Ecce videt, & racet: videt, nec manifestat: videt, nec iudicat: videt, nec vindicat: vider, & videre dissimulat: vocat, & non audis: promittit, & contemnit: minatur, nec metuis, & thesaurizas iram tibi in die iræ. Cùm ergo sit Iudex iustus, & fortis, multum est patiens, nec irascitur per singulos dies. Ecce con-<sup>proper pe-</sup> tinet iram, reprimit furorem, auertit oculos, peccantibus parcit: & illi omnia hæc in suum iudicium congregant, omnium rei. Nunquid qui ita tacuit, & siluit, semper ira recebit? An non legisti, quia ad iudicium veniet, patientiam abiciens, humilitatem iudæ. nesciens, ignorans misericordiam?

Attendisti patienter tacentem, attende & impatienter loquentem. Sicut parturi-<sup>Esa.42.</sup> ens, inquit, loquar. Vidi nisi dissimulante, vide etiam quæcumque minima numeran- tem. Vestigia, inquit, pedum meorum dinumerasti. Quis locus erit spei, cùm venerit Iob 13. Iudex, qui steret sub iudice, præcentibus tubis, conclamantibus Angelis, elementis ardentiis? Ad cuius fugiemus auxilium, cùm ventis ex transuerso furentibus, mun-<sup>Dies extra-</sup> dialis machina diuelletur, & ignis in candescens, calum & terram finalibus immiscebit incendij? Veniet ipse cum potestate magna & maiestate, non cum dulcedine & humilitate: quia illic iustitia plena est dextera eius, quæ hic misericordiam semi-<sup>mi indicij</sup> nauit & sparsit. Tunc ille misericors oculus non parcer, & non miserebitur, sed per-<sup>terribilis.</sup> cutit, & occidet indutus iram, furore repletus, plenus crudelitate. Peccatores autem quid? Videntes turbabuntur timore horribili, sed incorrigibili, audientes illud horrendum tonitruum: Ite, maledicti, in ignem æternum. Quanti, putas, Matt.25. doloris erit excludi à facie Dei, videre, & perdere Deum, cùm Rex gloria ciuitatem sublimem intrabit, miseris peccatoribus omni spe misericordia in perpetuum sigillata? Quisquis ergo es, qui contemnis diuitias bonitatis & patientiæ Dei, relege textum

URRIUS

RVIII.

5

Rom. 2. textum epistolæ ad Romanos, & illa tibi pleniū dicet, quia non euasisti iudicū D[omi]nū.  
 Adspice & quartō misericordiam eius. Licet peccaueris, licet neglexeris, & prouocaueris patientiam Dei, paratus est tamen misereri, cùm volueris, & reuertia ad teuentrem, obliuisci & tegere peccata tua, & projicerere in profundum maris. Nec emora inter confitentem, & remittentem, inter gementem, & gemitus exaudientem, quia benignus & misericors est. Sunt homines mundi faciles ad iram, difficiles ad misericordiam. Deus autem & ad irascendum difficilis, & facilis ad miserandum. Reuolant illi ad opprobria, quæ remiserunt: iste cùm remiserit, sic est, quasi non ferit. Ad limina potentium frequentius excubamus, non habentes liberos accessus ad colloquendū: & si quid delinquimus, supplicibus oculis, facie tribulata, verbo humilibus emendamus. Illi autem plerunque superbo oculo, & humero degnati, pedibus suis pronolutos vel respicere nolunt. Non sic Dominus Iesu, qui libenter loquitur mecum, quām ego secum, quem inuenio, quoties quāro, qui occurrit cum panibus fugienti, qui vultum lātū ostendit mihi, qui mēam pœnitentiam, sicut innocentiam amplexatur: vbique lātū, vbique bonus, vbique pius, vbique dulcū cum magna multitudine dulcedinis suā. Non facit supercilium, oculos non obliquat, non detorquet faciem, nec verba resonat ampulloſa: sed occurrit reuertenti & accurrit in amplexus, flens super collum meum, & iuber proferri ſtola primaria annulum intelligentiæ, & calceari pedes in præparatione Euangelij, in chori & symphonia ad superna gaudia reuocari, & occidi vitulum ſaginatum in remiffione peccatorum meorum. Vides ergo, quām longa patientia sit in Deo, quām velut misericordia? Longanimis, ait Sanctus, & multūm misericors. Libenter igitur a te confugio, Domine Iesu, qui diutiū patenis, & velociter miseroris: quia tu es Deus, & non homo (ſicut Prophetæ dicit) qui feruerit iram, abscondat malitia, vindictam inquirat.

Misericordia Dei quādū. Ad hæc & iſtud considerandum in misericordia miserantis, quia ſeculi homini ſemel, aut bīs, aut vt multūm septiēs, vel deciēs dimittit: hic autem milliēs in die, ſi fieri poſſet, que committimus dimittit, & hoc quādiū vi nimis, quādiū perge namur ab ipſo. Viſis igitur hiſ, qua enumerauimus, attolle oculos etiam ad vidēdum Domini largitatem, ſive familiaritatē. Si cui maximē potenti fecimus, quo ei diſpliceret, nunquid amplius nobis ſcum loqui, nedūm aliquid largiri, vel familiariter eſte dignatur? Graues ſumus ei etiam ad videndum, & pro magno beneficio computat, ſi ſaltē a noſta laſionē defiſat, & licet multiplicibus & deuotis obsequiis defendamus offenſam, ſemper tamen iniuria memoria præteruolat oculos illius, nec oblitterari valet vel beneficio, vel obsequio, vel ipſa etiam vetustate. Nunquid ita Deus meus, misericordia mea? Absit. Consueuit enim honorare pœnitentes, magis quām innocentes, reuertentes plusquām remanentes: quia deuotio eſt feruidus pœnitens, quām tepidus innocens, cū ille materiam feruoris habeat, hic tepiditatis.

Deus iniuriarum im memor ſem per recipit pœnitentes. Fortassis præumptionis arguar, qui contra præceptum Apostoli verborum nouitates induco, ſed habeo ad manū testimonia, nec parua, nec pauca, quæ ſipia credibilia facta ſunt nimis, & quæ poſſint ſatisfacere murmuranti. Petrus Apoſtolus, non quilibet Apoſtolus, ſed princeps Apoſtolorum, cui traditus eſt principatus caeli & terra, nunquid non de choro pœnitentium eſt, & de sorte grauitate iniutorum? Nōnne ipſe eſt, qui Deum negavit, reliquit Magistrum, amicum deseruit, ſefellis promiſum? qui coepit detestari, & iurare, quia non nouit hominem, negationi perirū addens, criminis crimen adjiciens? Cecidit, ſed non eſt collisus, quia Dominus ſuppoſuit manū ſuam. Vide quid dicat ſcriptura. Reſpexit, inquit, Dominus Petrum. Reſpectum Christi ſequitur ſletus Petri, & lachrymarum amaritudo dulce diſtem antiquæ dignitatis iſtauratur. Felices, sancte Apoſtole, lachryma tuz, quæ culpam abluunt, gradum reſtituant, debita dimittunt, ampliora commitunt. Reſpexit pietas, & impietas ceſſit, & accessit priſca familiaritas. Denique, ſimon Iohannis, diligis me plū his? Paſce oues meas: & his ſimilia, quid ſunt, niſi magna documenta familiaritatis? Illud etiam ſingulare ſancti Spiritus organum, quem inuenit Dominus ſecundūm cor ſuum, cui reuelata ſunt certa & occulta sapientia Dei, nōnne cum homicidio & adulterio iſignitus eſt nora & nomine proditoris? Sed vide, quām celeri pœnitētiſ ſaltu reſiliuit ad arcem innocentie, & grandia vulnera ſic reuinxit, vt non ſolūm vulneris, ſed nec etiam cicatricis uestigia remanerent.

Redact.

Redargutus enim à Prophetā, & rētorsione parabolica sugillatus, dixit, Peccavi: & ille ex thesauro diuīne misericordie statim subintulit: Transtulit Dominus pecca-<sup>z. Reg. 12.</sup>  
tum à te, & non morieris. Translatum est peccatum & ablatum, quod diuidebat in-  
ter David & Deum, & sublato eo, David idem qui prius. Sed & ille vas electionis, qui  
voluit super pennas ventorum, qui plus omnibus laborauit, cui credita sunt eloqua<sup>t. Cor. 15.</sup>  
Dei, nōn primus in primitiuam Ecclesiam ceteris ardentiū fertur efferuisse?  
Actus Apostolici sunt in testimonium, quanta mala fecerit sanctis Dei in Hierusalem. Act. 9.  
Hic autem, qui tanta mala fecit, tanta postea passus est pro nomine Christi, & lucet in  
fiammento cali, nec est aliqua gemma preciosior in corona Regis aeterni. Accedat  
& illa mulier, quae septem dæmonijs, id est vniuersis vitijs, cumulata fuit, cui multum  
amantimultum dimittitur, quæ prima videt Dominum à mortuis resurgētem, Apo-<sup>Mar. 16.</sup>  
stolorum Apostola, dilecta proprie Saluatoris. Veniat nunc omnis innocentium  
chorus, & tota virginia puritas adunetur, quis erit, qui ad istorum gloriam adspire, ne-  
dum transcedere audeat? Propterea confitebor tibi, Domine Iesu, & laudem  
tribum nominis tuo, quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te, Psal. 129.

Plures inno-  
cētiam fer-  
uant, quām  
qui verā  
agunt pe-  
nitentiam.

Domine. Quæ est ita lex, quæ propitiatio? Quia offensus, te clementem promittis,  
penitentem admitis, punire pretermittis. Magna est igitur virtus pœnitentia vera,  
cùm Ambrosius dicat: Facilius inueni eos, qui innocentiam seruauerunt, quām qui  
congruam egerunt pœnitentiam.  
Vide & sexto custodiā eius, quia nisi ipse custodierit, nos fristrā vigilamus.  
Decursum igitur sex visionibus istis, transeamus ad secundum Saluatoris vocem di-  
centis: Vigilate. Vigilando omnino, & somnis ab oculis auferendus, quia latro-  
nes multi obſident iter nostrum toxicatis missilibus formidandi, nullum prorsus in-  
tentarum tranſire sustinetes. Tres enim hostes præcipios habemus, & præcipitum  
ſuadentes: carnem, diabolum, & mundum: ex quibus duo, etiā aliquando intermit-  
tunt, nunquā tamē dimittunt: tertius autem, diabolus videlicet, ita inexorabile  
odium aduersum nos exercet, ut nunquā ab eo inducas vel in iſtu oculi potueri-  
mus extorquere. At ut verba illius Oratoris ponamus, qui vbiq[ue] redoleat Ciceronē:  
Cum hoc quotidianus & anceps congressus: ex hoc innumerum vulnus, nec ex facili  
cicatricem promittens: sub hoc casus frequens, & respiratio difficultis: de hoc rara, &  
nunquā ſecura vitoria: huic voluntas ſemper iniqua, & fallendi principatus. Quis vide nihil  
aduersus hunc poterit vigilare, nisi custos ille de nocte venerit in auxilium nostrum? <sup>Tres homi-  
nis hostes.</sup> Per nos nanque non ſufficiimus, immò deficiimus, si conſidamus in nobis.  
Atende autem de hoste illo inuifibili, quantum ingrediatur ad singulare certamen,  
qualia gerit arma, quām fortia, quo turbine torqueat haftam. Recole librum Iob,  
& hiſtoriam Regum, & armatum & arma considera: quia qui Golias in libro Re-  
gum, idem est diabolus in regno Christianorum. Habet enim haftam deleſationis,  
obdurationis clypeum, desperacionis loricam, gladium occiſionis, armigerum ſu-  
perbiā, qui antecedit eum, & exprobrat agminibus Dei viuentis, & dicit inimicus:  
Persequar, & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea. Tu autem Exod. 15.  
quid? Affume Apostolicam armaturam, ſcutum fidei, loricam iustitiae, gladium ſpi-  
ritus, circumſectionis haftam, & præcedat te humilitas, & dic: Persequar inimicos Psal. 17.  
meos, & comprehendam illos, & non conuerter donēc deficiant. O Domine Iesu,  
nunquid aqua pugna est hominis & dæmonis, duplicitis & simplicis, fortis & imbe-  
cillis? Inuocati me in die tribulationis, (ait Dominus) & eruam te, & honorificabis Psal. 49.  
me. Inuocate, Saluator: appræhende arma & ſcutum, vt videam contra forteſ ar-  
matum, forteorem armatum, & conteras Assyrium in terra tua. Facta ergo congres-  
ſione, inimicos tuos comminuet ut puluerem ante faciem venti, & vt lutum platea-  
rum delebit eos. Sic autem contra iſtum vigilandum eſt, ut ſemper deriuuo cer-  
tamine timeas, & de vitoria non desperes.

Caro autem ſub neceſſitatibus ſpecie furioſi tumultu ſui velat imaginem, & nunc  
furcotorum varietate repleta, nunc preciosa vina commutans, incipit laſciuire, laxa-  
tiſque frenis tota fertur in præcepſ. Statim recrudescunt affectus, cogitationes rebel-  
lant, vix proponuntur imagines, & pingimus in cordibus noſtriſ, quod multis diebus  
deleſionis poſit. Ingurgitari enim, non confortati, impleti, nec nutriti, & corpore  
& corde diſtendimur, compleeturque illud Satyricum: Inguinis & capitis nullum  
diſcrem habetur. Parco ſermonibus, quia turpis ſententia non nisi verbis turpibus  
explicari potest, & vnicuique noſtruſ notum eſt, vel quid tacemus, vel quid volumus  
præ-

URIUS

RVIII.

5

## NOVEMBER.

Eccē q̄cō-  
modo lau-  
dar tenuita-  
tem mensē  
aperitatem  
cibi, & po-  
tūs simpli-  
citatem.

præterire. Tenuis autem mensa, cibus asperior, simplicior potus, corpus firmat, con-

firman animum, & vtiusque hominis statum reddunt alaciorem.

Mundus verò quid facit? Offert nobis quicquid pulchrum est visu, & concupiscentiam carnis & oculorum, & ambitionem seculi, vt illaqueat miseris, illaqueatos

strangulet, strangulatos sempiternis inuoluat incendijs. Tentat nos multiformibus

inſidijs, superiùs per superbiam, per luxuriā inferiùs, à dextris per prosperitatē, per

aduersitatē à ſiniſtris, anteriùs per mundi concupiscentiam, posteriùs per preteri-

torum vitiorum recordationem, in orbiculari motu per inuolutionem ſenſuum.

Vigilare igitur necēſe eſt aduersus huiusmodi latrunculos manumque ſcariam,

& cum Elaia dicendum: Super ſpeculanū Domini ego ſum, stans iugiter per diem, &

ſuper custodiam meam ego ſum, stans totis noctibus. Nec ſolūm ſtarē conuenit, ſed

armatum ſtarē armaturam illa, quam Apoſtolus dicit: Induite vos armaturam Dei.

Alter noſtrorum temporum Tullius, de quo ſuperiùs mentionē feci, vernans vbiq̄ue

ſlore ſermonum, armaturam in hunc modum lucidifimis capitulis inauaurit: Si te

bulloſi ſpiritus, & incantatores mortuū carnis circa te obſtrepuerint, confide, & dic:

Diſcedite à me, maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Si recalere carnem ſenſeri

& velle reuolare ad ineptias suas, eſto conſtaſs, & dic: Conſige timore tuo carnes

meas, Domine. Si paupertatem odiſſe ceperis, & diſiderio diuitiarum incepereſi ſu-

citari, expergiſſere, & dic: Va vobis, diuites, qui habetis h̄ic conſolationem veſtram.

Si te demulceat adulator, & ad plebeulę laudes animuſ hilare eſcat, cōfortare, & dic:

Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Si tibi ſuggeratur, in futurū tempuſ

bonum diſſere propositum, conſurge, & dic: Dies Domini, ſicut fur, ita in die ve-

niet. Si gula defauiens lauiores tibi commendauerit apparatus, recalcitra, & dic:

Non eſt regnum Dei eſca & potus. His velut quibusdam increpatiōnibus diſfugium

inimici, delabitur memoria voluptatum, carnis gurgulitas conticēſit, ſancta con-

uerſationis initia conualeſcunt, mundus contemnitur, ſuperatur hoſtis antiquus.

Sic igitur videns, & vigilans fac funiculum tripliſem, qui diſſicile rumpit, & tran-

ad orationem, ingrediens interiōra veli cum ſummo Pontifice Domino noſtro Iesu

Christo, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui aſſiſit vultui Dei pro te. Ad

miſſus autem, non ſic audaſter & frontosè ingeras te oculis Maiestatis, ſed humiliſ-

trepidaſione conuulfus, faltem quomodo ad tanta miracula admitti potueris, admi-

re. Sit ergo oratio verecunda, vt erubescamus peccata noſtra, & tantæ reuerentia

deſeramus: pura, vt nihil ab ipſo præter ipſum quaeramus: deuota, vt in pinguine

ſpirituſ eam protendamus: ampla, vt extendamus eam vñque ad inimicos: ſit con-

tinua, n̄ intermiſſione fiat remiſſio: ſit pacata, n̄ turbulentis cogitationum fluctibus

ſubmergatur. Fateor, exceilſi modum, & magis ſolitō veſtras aures onerare n̄ timui,

dum stylus in longinquitatem extēditur. Sed ſcio, quia patienter audiſtis me de illius

patientia diſputantem, qui eſt Deus benedictus in ſecula, Amen.

VITA BREVIS SANCTI LIVINI ARCHI-  
EPISCOPI ET MARTYRIS, EX BREVARIO ECCL-  
Eſiae Gaudenſis excerpta, vñ eius ſanctum corpus quieſcit.

12. Nouēbr.  
S. Liuini pa-  
tria.

Initiatur  
facerdotio.

Creatur Archi-  
episcop.



IVINVS in Scotia nobili genere natus, admodum ad-  
huc puer non modo ſupra aratem eximia pietate conſi-  
ciuſ, verum etiam miraculis clarus fuit. Adulta autem  
etatis factus, praceptoribus viuſ eſt, primū egregio Dei  
facerdore Benigno: deinde ſuceptore ſuo ē ſacro fonte,  
magno illo Auguſtino Anglorū primo Epifcopo. A quo  
tandem etiam ſacro ſacerdotij ordine decoratus, tanta  
cum laude eo in ſtatu verſatus eſt, vt eū Scotti haud multo  
ipſi in Archiепiſcopum ſuum eligere non dubitauerint.  
Quod munus tametsi Rege populoque compellente ſu-  
ceperit, & magno cum fructu annos aliquot adminiſtri-  
rit, poſteā tamen maluit infidelibus ad Christum conuertendis operam dare, (ad  
quam rem mira Spirituſ ſancti gratia prædictus erat) quām in Epifcopatu ſuo vni tan-  
tum prouinciæ quietius & minori cum labore præfereſſe.

Itaque